

Ioann. 16. 10.

De qua iustitia mundus arguendus?

quia ad Patrem vado: & iam non videbitis me. Card. Toletus hic asseruit, Christum voluisse affectis significare, non opus esse, ut iterum pateretur, siquidem una oblatione consummavit in aeternum sanctificatos. iam non videbitis me iterum passibilem, sed in dextera Patris gloriosum, ad quem enim vado ut iudicem mundum, non ut iudicem a mundo; qui me non videbit uti modò piùm, sed iudicem in eius acta severum. Inuitum me homines iudicantur, cum crucifigerent similem ceteris propter carnis infirmitatem; sed iam non videbitis me, quia vado ad Patrem, apud quem Paracletus arguet mundum de iniustitia sua, & de iustitia mea. Pater iudex est: & exposita iustitia mea, arguet Spiritu Sancto iniustitiam sæculi; quippe non possem ad Patrem vadere, nec ille me clarificaret, quin iustus essem. Ita etiam Maldonatus num. 26.

24. Ego exponerem præter iacet: ita ut ly Arguet de iustitia, quia ad Patrem vado, intelligerentur dicta mundo arguendo: & ly iam non videbitis me, dicta Apostolis. Non videbitis me visu scilicet corporeo, etenim consummatum est tempus, quo sim vobiscum. Quod clarè constat ex eo quòd ibid. v. 16. ascensio ad Patrem non describitur, ut magistrum non videant, sed ut videant. Modicum, & iam (tempore passionis, & sepulture) non videbitis me: & iterum modicum, & videbitis me, quia vado ad Patrem. Illi non videbunt Patrem, neque me; quia arguetur & iudicabitur à Patre (ad quem vado) malitia eorum, & iustitia ac innocentia mea laudabitur. Vos verò qui modò non videbitis me (intervallo passionis) quia vado ad Patrem, videbitis. Iterum videbo vos, & gaudebit cor vestrum, quippequam vadam parare vobis locum, ut ubi ego sim & vos sitis. Gaudebitis, quia vado ad Patrem, sicut mundus flere potest arguendus de iniustitia sua.

Ascensio Christi ad Scipulis galilæ.

Personæ.

25. Hac in littera. Ergo ad Versiones. Senuit autem Isaïe, & caligaverunt oculi eius, & videre non poterat. Rab. Ionath. Et caligarent oculi eius, nec videre possit. Pers. Cum defecissent oculi eius à videndo, Samarit. Cobibiti sunt oculi eius à visu. Syr. Et graveditur oppressi sunt oculi eius. Arabic. Debilitati sunt oculi eius. Pagn. Oculi eius cæperant caligare, ut non videret. Ar. Montan. Et caligassent oculi eius à videndo. Oleast. Et restricti sunt oculi eius. Maluend. Cæperant in rugas contrahi. Septuag. Reg. Complut. & Chrysost. Hebetes facti, vel Hebetati sunt oculi eius ad videndam. Tigr. Ita ut oculi eius cæcutiverint caliginosi. Demùm August. Cæcutiebat. Ad mores igitur delectatur cursus, ut si ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus, Dominus in celis possit à nobis videri sicuti est.

ADINATON EXEGETICUM.

Epilogus Excurf.

1. Caligaverant oculi eius, quia orbis lumine: Et non poterat videre: siquidem mens in maiore caligine.
2. Non poterat videre, quoniam caligaverant oculi. Cæcitas ambitionis non exturbatis oculis, sed ex caligine mentis.
3. Caligaverant oculi cæcitate; & non poterat videre intelligentia, affectione.
4. Caligaverant oculi. Non posset sanè videre, licet vigiles oculi; dum quod debebat meritis, conabatur conferre merito ætatis.
5. Caligaverant oculi eius, & videre non poterat. Affectus in summum aggravat.

igitur ita cæco ducebatur amore, ut non valeret cognoscere, cæcum esse. 6. Caligaverant oculi. Nolebat in principem alpicere, quem non poterat videre. 7. Non poterat videre, quia eius caligaverant oculi. Non videt, quia non potest videre: invidus verò intueri lucem nequit, quippequam videt. 8. Caligo non impedit absolutè, sed perfectè videre: & videre non poterat, dum caligaverant oculi; quia nolens tollere luminum imperfectionem, cæcidit in cæcitate.

DIDASCALIA PRIMA.

Cæcus amor sui.

Horat.

Horatius lib. 1. Carmin. Od. 18. v. 14. & ita cæcus, ut nec sapiat meliora, etiam cum ruina.

Multi ex lapsu qui fatui & stolidi, sortentur prudentes; quoniam dederunt intellectum vexationes: ceterum philautia ma-

Philautia respicientiâ desipit.

Idem. Est obcaecatio in Plat.

Amoris sui conditio.

Genes. 27. 1.

Infatuatio.

Oppian.

Descriptio philautiæ.

Idiot.

S. Benedict. Propria voluntas nocua.

magis ac magis infatuatur prudentiâ. Superioris voluntatem: igitur exiguum fructum operationes referunt, cum possint referre malum. Subdit idem ibid. Omnium malorum, quibus hominum vita involuitur, nimius sui amor causa existit. Is enim qui amat, circa id quòd amat, sanè obcecatur, ac proinde de rebus iustis, bonis, honestis malè iudicat, cum in ea est sententia, ut opinetur, maiorem sibi, quàm veritati honorem tribuendum. Hæc Plato lib. 5. de Legib. Quid mirum? Rationem offuscet, intellectum obtenebrat, voluntatem inficit, salutis portam obtrudit, virtutes respuit, peccata fovet, honores querit, voluptates ambit: igitur mali est conditio, boni colore depicta, errorum apotheca, radix vitiorum, fomes criminum, origo iustitiam, continua sollicitudo, pugna, calamitas & tentatio. Vide Antonin. p. 1. tit. 1. cap. 2. §. 5. & Idiotam de Contempl. Amor. cap. 34.

2. De Isaac dicitur: Caligaverant oculi eius & videre non poterat. Quid hoc? Obumbratio amoris proprii. Cæcus est, qui luminet caret, verum potest videre, qui cæcitatem cognoscit: sed qui sibi blanditur nec videt, nec potest videre, geminata mentis & oculorum caligine: igitur reciperet lumen, si posset aut vellet cognoscere cæcitate. Talpa ictu lethali aperit oculos, sed philautem non aperit etiam lethalis ictus: quandoquidem sumit audaciam; ex quo, ius erat, amplecti respicientiam. Hæc sanè noxia in quolibet exercitio, sed magis ubi regnat singularitas, & renunciata ratione perfectionis propria voluntas. Quanta pestis! Dure amor quantus es! Quanta infinita potentia!

Qui Lethe hausserunt ore obliviosam aquam, Et dolores fugerunt omnes, te etiam perhorrescunt. Succinit Oppianus lib. 2. Amor dulcis est, sed hæc amor durus, quoniam proprius: unde necesse est, ut propriam voluntatem perhorrescant, qui biberunt obliviosam aquam: aliàs in ruinam amplexabantur, quosque dolores fugerunt. Philautia (inquit Idiot ubi supr.) laqueus est anime, discrimen vite, mors suavis, blanda excusatio, interfecio lenis, mel felleum, pernicies delicata, dulce venenum, malum spontaneum, saspida iugulatio, & omnium rerum calamitas. Hinc Ss. Confessor Christi Patriarcha Benedictus Regul. Sancti. cap. 7. Grad. 2. ait: Humilitatis gradus est, si propriam quis non amans voluntatem, desideria sua non delectetur implere: siquidem etiam in bonis desideria non habent perfectionem, si propriam sequuntur, & minime

Superioris voluntatem: igitur exiguum fructum operationes referunt, cum possint referre malum.

3. Paulus iacet cæcus, sed surgit vas electionis, ut portet nomen Domini per omnes Gentes. Cæcus quidam à Christo illuminatur, & nihil amplius post illuminationem de cæco dicitur. Si uterque illuminatur, & oculos aperit; quare eodem miraculo sic manet cæcus, & Doctor Gentium ad altiora surgit? Ex desiderijs utriusque micat causa, ut cognoscatur quàm nocua voluntas propria. Accedenti cæco dixit Dominus: Quid tibi vis faciam? Cæcus respondit: Domine ut videam. Paulus iacet, & ut surgeret, dixit: Domine, quid me vis facere? Paulus intendit facere voluntatem Dei: cæcus ut eius Deus faceret voluntatem: & Paulus illuminatus tendit in æthera: quippe in illo vanerit voluntas propria. Cæcus illuminatur, & ita manet: in auctora Paulus surgit: igitur virtutum nanciscitur perfectionem, qui non suam, sed Domini petoquitur voluntatem. Iuxta tubmisionem voluntatis, splendet pitor virtutis: & rugeat vel corpore iacentis perfectio Pauli: quia nalam habebat præter voluntatem Domini.

4. Ex contextu claret. Cæcus videt, dum Medicus celestis illuminat. Aperitis oculis Paulus illuminatur nihil videbat. Obedientia cæca iurè æstimatur ut magna. Qui vult sequi Deum, ut Deus faciat, quicquid ille desiderat & sequitur, ut avita consequatur, sed post habita non sequitur: igitur proprium sequitur commodum, & nequam Superioris beneplacitum. Qui sequitur Deum, ut tantum sequatur, vel ut solummodo consequatur sequi; haud consulit sibi, sed dumtaxat Superiori, igitur se sibi in cunctis abnegat, ut illius voluntati cæcus obediat: & postquam cæcus illuminatur, videt: Paulus verò postquam illuminatur, cæcus manet; quia cæcus illuminatur ut videat, Paulus autem ut obediat: igitur cum obedientia cæca fit in obediente eximia; tunc Paulus exprimit obedientiæ perfectionem, dum ostendit obediendo voluntatis cæcitate.

5. Insuper. Cæca ex se est voluntas, sed inest illi iubendi potestas: unde dum cedit imperio, demonstratio eius rutilæ magnitudo; quippe sæpe habetur magis, ut velit obedire, cuius officium iubere. Cæca est voluntas, verum illuminatur ut videat: Paulusque dicit: Domine quid me vis facere? ut exprimat velle: quod quidem nullum extra alienum placitum: igitur non vult videre, ut videat, sed ut ita cæcus in obediente.

Luc. 18. 41. Act. 9. 6.

Voluntas obedientia nulla eo lauta.

Tunc eximia, ubi cæca.

Rit 2

dien.

Perfella est ubi nec velle vult.

dientia maneat, quod nec velle velit, nisi ad id tantum quod qui precipit voluerit. Perpende. Quid me vis facere? Quare non dicit: Quid me vis velle? De opere iniungendo est dubium, nequaquam de voluntate, estd iniungendum virtibus impossibile: si quidem nil Paulus vult prater voluntatem Dei, cum in precepti quantumvis difficilis acceptionem, nullam habeat nisi precipientis voluntatem. Plerique dicentes se querere Deum, sese querunt, & se fallunt, quia non inveniunt. In illo aliquid volunt, & dum aliquid volunt non querunt illum: etiam cum exere sit amor sui usquequaque ruit, dum se diligendo querit.

6 Ius est, quod dilectionis Magdalena sit exemplum, igitur dilexit multum: Dominum Iesum, quem eximie diligebat amiste in ligno, & corpus eius qualivit in tumulo; sed non invenit, ut absentia dilecti quasi fomite peccus flagraret. Accendit lachrymis lumina, & illico felicitas obvia: siquidem Dominus quem querebat, dixit illi: Mulier quid ploras: quem queris? Aptus videbatur: Mulier quem ploras: quid queris? Quare igitur interrogatur, quid ploraret, & quem quereret? Ut constaret per obiecti notam, an illum quem querebat, quereret, vel seipsam. Multi plorantes se ipsos querunt, Deum querentes, quoniam voluntas propria ita in operationibus vafra, ut velit vendere pro demonstratione amoris, suae com-noda utilitatis: & cum Magdalena se non quereret nec in Deo, sed solummodo Deum, in quo amoris demonstratio; non interrogatur, Quid querit, sed Quem, quoniam prater illum, quid? Quid querunt anime sepe, non Quem debent inquirere. Quem, est amare dilectum, quoniam dignus est amore. Quid, est aliquid prater dilectum amare. Si quid diligitur prater id quod debet diligere, minime diligitur, quod diligitur, cum ad se amor qui in alium dirigitur, reflectatur: & Magdalena non Quid in quo querit querit, sed Quem querit, tantum diligit; quoniam in inquisitione non se amabat, sed dumtaxat quem querebat.

7 Hoccine amoris igne cor flagrabat Augustini, dum clamabat: Non tua Domine, sed te. Te solum: igitur licet tua magna, & admirabilia, pretiosa, sine te nulla. Non tua, sed te; quippe multi amittunt te, dum querunt tua. Querentes te, amant te: querentes tua, te querunt & aliud diligunt: sed te non diligunt, dum diligunt aliud, estd in te; quoniam aliquid desiderant prater te. Unde infelicitate corrumpit in precipitia, urgente in ruinam philautia: igitur cum se

Ioanna. 20. 15. Magdalenae amor eximius.

Cor si aliquid prater amorem querit, minime diligit.

Angust.

In quo amor de Deo purissimus

amant, dum querunt tua, vel in amoris vehementia; te derelinquunt, si non inveniunt, quod querunt. Aliquid prater te volunt. Utinam quod est prater, non sit super! Videas plerisque de virtute loquentes, exterum se summe amantes: sua exercitia plaudunt, verum caterorum plaudunt. Quo volunt perendum, sed non qua eundem: si quidem si in oratione non inveniunt suavitatem, averfantur orationem. Si aliquid acerbum, quousque dulcoretur, resiliunt. Si aliquid grave, a se expellunt, in cunctis querentes commodum; quoniam desiderant propriam adimplere voluntatem, minime ordinare amorem. Hinc animarum lapsus, quem impedire divinus conatur Sponsus.

8 Introducitur Sponsa in cellam virginariam, id est in mysteriorum contemplationem, & statim dicit: Ordinavit in me charitatem. Amor sane bonus, sed ut sit optimus ordinandus. Dilectio in alterum tendit. Non erit amoris studium, ni tendat in alterum. Dilectio bona est, & ordinatur, etiam dum diligitur; ne amorem, qui in Dilectum, dirigat qui diligit in seipsum. Multa bona insunt diligenti anime Sponsum, sed recte non diligit, quae diligit propter bona; quoniam bona, & non a quo bona diligit: ordinatur Sponsus in Sponsa charitatem, ut Sponsum diligit dumtaxat propter amorem. Si non amat ut amet, ab amore desistit, quia haud diligit obiectum amore dignum, sed solummodo commodum. Amat ut amet, si eius utilitas est Dilecti voluntas: & sicte diligit, qui Dilectus ordinat Sponsae amorem; ne plusquam Dilectum amet propriam voluntatem. Philautia praestigiosa est. Specie dilectionis deaurat commoda, & utilitates, in quibus tantum dilectionis species: igitur ni aliquid voluptatis inveniret, Dominum minime quereret.

9 Huius imperfecti amoris exprimitur umbra, in domo Lazari postquam e sepulchro, vitali gavisus est aura. Mortuus est, surrexit, fama miraculi plus quam fidem, in Iudaeis conciliavit curiositatem. Unde cum cognovissent, quia illic erat, Venerunt, non propter Iesum tantum, sed ut Lazarum viderent, quem suscitavit a mortuis. Ecce imperfectissimus amor, dum sibi videtur in demonstratione perfectior. Ut claret vera dilectionis obsequium, debet fieri propter Iesum tantum: sed natura sibi blandiens, & se querens miscet studia, ut quasi posset Dominus falli, constet dilectionis apparentia: igitur querit illum & propter illum, sed non propter illum solum, quippequam ad extra ni-

Unde su disformis perfectio nis lapsus

Cant. 2. 4.

Amor reflexus in amantem perperus.

Amor sub praestigio sui.

Ioanna. 12. 9.

Amor in propriam cominatum non est amor

Curiosi. tas vana sub larva dilectionis.

Unde clarescat philautia spiritus

Caput Medusae symbolum amoris proprii.

Dionys. Leb.

nitet amor eximius, sed in abditis pectoris alit sedet amor proprius. Non propter Iesum tantum, sed ut Lazarum viderent. Videre Lazarum, erat curiositas: videre Iesum, anime solatium atque felicitas. Hoc spiritus perfectio: illud sane futilis delectatio: & cum te in ipsis obsequijs querant, dum amorem demonstrent; Dominum querunt: at non tantum propter Dominum, ut edificetur caelesti conversatione; sed ut habeant excusationem de vana curiositate.

10 Intendite. Non propter Iesum tantum, sed ut Lazarum viderent. Ergo ni viderent Lazarum, non quererent Dominum. Hoc non est amor. Si amor, plane fictus. Omnia amantis veri in Dilectum debet dirigere peccus. Ubi aliquid dirigitur aliud, sibi servat, nequaquam illi quem amat: unde apparet amor notus, dum tantum apparet. Apparet perperus in ipsa demonstratione, dum magis gloriatur fide: etenim ubi Dominus & Lazarus, ita variatur dilectionis intuitus; ut minime querat Lazarum propter Dominum; sed Dominum propter Lazarum. Erat prodigium visu & admiratione dignum, felicitate, Lazari resurrectio a mortuis. Erat ibi Iesus, per quem natus est favorum vitalitatis: hunc videre ius erat, ut a vitijs resurgerent, ac in miraculis patratorem viderent. Videre venerunt, sed non propter Iesum tantum, ut amoris ludicri demonstrarent intuitum: siquidem si ibi Lazarus non esset, haud procederent videre, quamvis Iesus esset ibi. Non tantum querunt Iesum? Ergo non querunt: etenim cum curiositas ducat, quousque amor deaurat; ni operationes dirigantur dumtaxat propter Iesum, sese cervicosae diligit velamine amoris Dei.

11 Quid Iudaei ex huiusmodi conversatione tulerunt commodi? Magis obcreati fuerunt illuminatione miraculi: siquidem ut Domini obscurarent famam, conati sunt Lazari extinguere vitam. Non illum querebant, sed se, dum respicerent Iesum: & corda improborum lutea, benevolis radijs Solis in lapides sunt conversa. De capite Medusae fictum, non solum infundere cunctis aspicientibus venenum; sed etiam quousque obvia convertere in saxum. Vide Natal. Comit. in lib. 4. Fabul. 17. Metam. Ovidij. Perseus huic bestiae caput abscidit, verum in catus, vel nimis fidens, in saxum est conversus, illico ut ad se convertit. Canit Dionysius Lybeus Emblem. 20.

Diriget ipse quoque in saxum, dum respicere ausus.

Non potuit monstrum lumina ferre sui. Sic amor proprius. Venenum est amorem, ita activum admittit basilisco; ut simulac respiciat, illico toxico corrumpat. Noceat cunctis. Haud alia medicina, nisi fuga: & ita farum sese gerit, qui amorem proprium in pectore fovet; ut non caveat sibi a penis, quas videt in alijs. Reptilia venenosa veneno vivunt, sed se veneno non ledunt, quousque in aliquo speculo se videntia exhaustiunt reflexionibus toxica. Ita equa conspecta in aquis formata, agitur in rabiem: ita Lucifer, quia se respexit, veneno intumuit in praesumptionem. Ita basiliscus sese in perspicuo respiciens inflatur rumpitur. Ita Narcissus philautis infelicitate moritur; quoniam venenum haurit, qui amorem in se reflectit. Aufseram cor lapideum, & dabo vobis cor carneum: dicit Dominus per Ezechielem. Caput lapideum in hominis pectore: Utique. Adinstar capitis Medusae est amor proprius, quo riget hominis peccus: & dum promittit spiritum novum, etiam auferre promittit cor lapideum; quoniam amore sui, quae carnea corda, reflexione amoris convertebantur in saxa.

12 Abditur saepe huiusmodi amoris cognitio, quo falli conspiciat homo: unde Bernardus de Interior. domo, cap. 37. ait: Scire vellem qualis ipse sum, sed vix de meipso vera discernere possum. Amor autem privatus, quem erga meipsum habeo, auferit mihi verum iudicium de meipso. Itcirco parum mihi credo de meipso, ut pote homini mendaci: timens ne se meipsum iudico, mentiatur iniquitas sibi. Perpende. Lex clara erat pro innocentia Christi: sed Principes Sacerdotum dixerunt: Nos legem habemus, ut tradatur morti. Secundum legem propriam debet mori. Perspicua lex de dilectione Dei & proximi: & cuidam male indolis dixit Christus: In lege quomodo legis? Alia lex voluntatis, prater tenorem legis: & non inquit Christus legis tenorem, sed quomodo mente maligna intelligit legem; quoniam amor proprius turpi philautia, habet pro lege quae a lege prohibita. Quod sibi placet est lex: haud aliud in lege suo. Hoc pro aris & focis enixae contendit, & eo docterioris quod virtutem concipit. Incepte Seneca Epist. 82. inquit: Sui amor est permanenti, conservandique se infusa voluntas. Erat: igitur ubi amor proprius, ibi lapsus.

13 Cogitemur in Petro, necdum in perfectionem elato, artes propriae voluntatis, atque fallacias deterrimam amoris. Vidit Dominum ambulante super mare, & illi co-

Qui venenum.

Hieroglyphica populi laucia.

Ezech. 36. 26. Unde cor hominis lapideum

Amoris proprii fallax iudicium.

Bernard.

Huius lex nil aliud nisi quod vult.

Ioanna. 19. 7.

Luc. 10. 20.

Et praeter legem

Seneca.

ed percussus est inani cogitatione, quam quidem expressit, dicens: *Domine si tu es, iube me venire ad te super aquas*: Aliqua diximus *Tautolog.* 4. *Didasc.* 2. a nam. 14. Pro mamus reliqua. *Si tu es*, dicit: periculum agnovit, & periculum cupit, quod sedulo fugisset, si alius esset: etenim multi audacter precipitantur in periculum; quia sciunt habere, qui extendat manum post lapsum. Vidit Iesum ambulare super fluctus maris, & phantasma iudicavit simul cum ceteris. *Phantasma est*. Ecce amor sui conditio sine qua non: igitur quod in alijs ceteris phantasia, seu cogitationis illusionem; in se arbitratu philautus perfectissimam virtutem. *Iube me venire ad te*, videtur sana voluntas, & appareat propria, dum addit quod ambulet *super aquas*: siquidem in id vanagloria mittitur, quod procedere singulariter videretur. Alij prosperabant navigantes ad Iesum; singularitas non sic. Iter novum cogitat, dum se voluntate lactat, quippe nec pedem movere videtur illi, si via qua ceteri, despecta regula perfectionis, quia communis: unde patet mens illusa & intelligentia facta; quoniam singularitas, ut ad Deum accedamus non est via.

14. Ex progressu functionis huiusmodi intuitu, innoceat perfectionis imperfeccio, & precipitium quoquo latere proclive, ductrice caeca singularitate. Dum alijs remigant ut accedat, via communi, sed tuta, quia parva labore gloria; Petrus percipit aliquid singulare, & cepit mergi. Vide quam caecum ruat in discrimina cordis philautia, esto intentum cogitationis sit, ut accedat ad Iesum. Aqua materia erat ostentationis singularitatis, novitate carpi itineris, & cepit mergi, quamvis unde soliditate: quoniam singularitas ibi habet ruinam, ubi cogitavit sibi construi magnam gloriam. Apud cupiens singularitatem, petit ambulare super fluctus, ut simul notetur discrimen spiritus, qui a via communi recedit, & sese diligit. In aqua corporis gravis sit summersio, quam sequitur suffocatio. Hoc naturale constat, ut quisquis cupit singularis esse a periculo discedat: siquidem singularitas in via virtutis, grande omnino periculum, ubi sic incedere observatur ut miraculum. Hic appetitus urget saepe amatores sui in cogitationes sine intellectu, ut desiciat vel immoretur maneat, qui in virtutem accedere tentat: quandoquidem in quolibet conatu singularitatis, dum intenditur progressus, suffocatur spiritus.

15. Sibi quisque philautus cogitat modum peculiare querendi Deum, esse per-

fectionem, & non querit Deum, sed modum, qui in spectantibus excitet admirationem, & minime in virtutes excitant; quoniam non incendit gloriam Domini, sed velamine Domini gloriam sui. Hoc iter in Iesum illi videtur pro modo, sed est vana cogitatio: igitur descendere tanquam lapis in profundum, ni ne mergeretur, Christus extenderet manum. Pedes in aqua Petrus posuit, & ventus praevalebit. Quisnam ventus? Arbitror inflationem fluctuum vanitatis, ex singularitate itineris: siquidem qui sui ducuntur amore, plerumque inflati. Haud timuit Petrus dum aquas calcavit, & ventum validum timuit. Ventus & validus habuit ortum ex progressu super levitatem fluctuum. Itere timet, dum sic in Deum procedit: igitur singularitas magis quam in Dei perfectionem amoris, deseruit nocua in fontem vanitatis.

16. Observa modum venti validi, ac tumentium undarum cessationem, ut accenderent in navem. *Cum ascendissent in naviculam cessavit ventus*. In navicula alijs erant: & quiescent vanitatis venti, si fuerint ubi sunt alijs. Extra venti insurgunt, intra quiescent; quoniam venti vanitatis non est rimula, si singularitati accedat praeceditur ianua. Hinc Ss. Legislator Benedictus ubi sup. *Grad.* 8. inquit: *Osculus humilitatis gradus est, si nihil agat Monachus, nisi quod communis Monasterii regula, & Maiorum cohabitatur exempla*. Haud opera supererogationis Benedictus recusat, qui tot pro perfectione demonstrat; sed quia non est perfectio, nec in Deum profectio, imo speciosa relaxatio, sequi in exercitijs singularia & omittere communia.

In navi cum ceteris erat Petrus, & ambulare illum super aquas annuit Christus; sed Petrus cepit mergi fluctibus, gloriosis gressibus. Inquirit & iure, Cur si insit illum super fluctus ambulare, permittit cepisse mergi? Ut videret quantum incommo- di & laboris, in communi labore a ceteris separari. Non cognoscuntur perfectio singularitatis documenta, quousque suis blanditijs suffocatur anima: & permittit mergi, ubi ille desiderat gradi; ut ille velinolle cognoscat, quanta mala sibi operaverat. Gaudebat, quoniam ipse Dominus sic procedere, indul- sit: & mergi post indulgentiam permisit; ut per comites singularitatis penas, intelligeret quam crudelis singularitatis! Ille rector futurus erat totius debellandi orbis in Magister fidem, & didicit ex his quae passus est, perfectionem. In itinere devio vidit amoris in se precipitium, & futuri regiminis mo- dum,

March. 14. 28. Confidens in patre eius, formis peccati.

Verf. 26. Amor sui, quod in alijs illusionem; in se arbitratu virtutem

Non est via ad Deum.

Habet ruinam, ubi cogit gloria.

Spiritus suffocatur.

Philauti saepe sui perit.

Verf. 30

Verf. 32. Regula singularitatis non est regula.

S. Be. ned.

Non est perfectio sequi singularia, & omittere communia.

Verf. 30

Quid crudelis singularitatis!

Exiit a petrare Re ligiosi.

Artes ab- ditissima philautia

Quod si- bi prolu- bium effert ob- sequium.

Cur cog- noscere se vultum sui!

Non est amor, qui proprius, sed odium. Ierem. 10. 14.

Quid su- dendum in cog- nitione pro- pria? Senec.

Ovid.

Amor sui farer.

DIDASCALIA II.

Quantis spinis pungitur pectus Superioris!

I Nquit Petrus Venerabilis, *Epist.* 7. Sanè pungeretur ambitio, si cogitarentur vulnere illata ex imperio. Utinam oculos in pectora ponerent, ut corda faucibus deprehenderent!

Cespes Tyrio mollior ostro Solet impavidos ducere somnos: Aurea rumpunt tota quietem, Vigile que trahit purpura noctes. O si pateant pectora ditum! Quantos intus sublimis agit Fortuna metus!

Canit Seneca in *Herculo. Octav.* Act. 2. v. 644. Hi etiam latent sub fulgore, verum le- vantur fortuna. Dum exauctorantur, tunc penetrabilia usque punguntur, quia mordet intemè vulnus, & exanuit fulgentis vanitatis apparatus, quin remaneant in faucibus corde, nisi praetergressionis, & omissionis spi- nae. Quanti momenti exament, Quid fecit, Quid non fecit, Quare fecit, & quid ha- bet!

2. Tenent me angustia: dicebat iamiam moriturus Saul. *Tigurina* verf. *Apprehendit me corona. Haye. Oculata chlamys. Alij, Vertigo capitis.* Quae instrumenta decoris, argu- menta videntur amaritudinis: igitur dum coronam dimittit, ipsa corona magis ac magis ardebat, cogitans ex tot functioni- bus, quibus fatiata potestas, proximum morti haud habere nisi angustias. Oculata chlamys insigne muneris premit, quem ut ceteris praecelleret, decore nimio exornavit. Modò constringit, quod impulset vivere iuxta legem potestatis, & extra legem ratio- nis. Tunc torquere debebat potestas, vel regia dignitas; dum in iniqua procedebat voluntas: dum pro labito regimen, quin cogitaret auidax aternitatem: sed modò dum excutitur regiminis onus, opprimitur & comprimitur pectus? Iure: tunc igitur gravamen dignitatis cognoscitur, quando dimittitur. Tunc temporis occurrunt facta & infecta, illustria atque meritorum vulne- ra, quae decrevit affectio, quae expulit sub illa venudata ratio, quae fovit ludiosa in expeditione negligentia, & quae non abstulit crimina. Quid si commisit, quae vitare de- buit? Heu! & liber iam per mortem non erimine, sed potestate, quaesitur de corona,

Petr. Ven. Vita Prae fidum in quiete.

Senec.

Simili conscientia.

2. Reg. 5. 20.

Idem angustia & corona.

Vertigo capitis.

Dum dimittitur, onus quod grave cognoscitur.

*** ***(S)***

de chlamyde regia, de dignitate habitas quoniam dumtaxat vertigo capitis dum habetur, & animæ angustia dum corona deponitur.

3 Quam apte Gloriosus N. Legislator Benedictus, ut illuminet cæcos ambitio- ne, ne adinstar papilionum Monachi infantentur imperij fallaci luce? cap. 64. *Regul. Sancti*. ait: *Ordinatus autem Abbas cogitè semper quale onus suscepit, & cui redditur- us est rationem villicationis suæ.* Haud crit onus, si cogitat onus: sed cogitat imperium quod servitutis officium, & forma- tur splendor tandem tandem in tormentum, quod quidem suave quia regit, dulce quia iubet, blandum quia disponit, portabile quoniam ducit, larvatis laboribus & tormentis specie coruscâ, splendore dignita- tis: verum simulacque defungitur dignitate, pungitur & affligitur animus, cogitans serò portatum, quam importabile onus! De Isaac dicitur cæcitas & origo cæcitat. *Ca- ligaverant oculi eius & videre non poterat: idelt (ut diximus in Exposit. litt.) non poterat videre, quia caligaverant oculi.* In ambitiosis ferè haud cæcitas ex turbatis oculis, sed ex caligine mentis: quandoquidem minimè cogitant figi, per quæ sollicitant laudi.

4 Quia signum potestatis virga, in eius fastigio ferè semper sculpebatur rosa. Causam adduximus *Tautolog. 6. Didasc. 7.* à num. 5. Unde plures apud Haye in *Bibl. Maximæ*. Geneſ. 47. 31. ubi *Adoravit ad le- stuli caput*: legunt, *Adoravit florem, rosam fastigij virgæ.* Appositè regimen significatur per rosam, spinis vel in pulchra pompa se- ptam: etenim à splendore rutilante dignita- tis, haud habent possidentes nisi punctio- nes. Adoravit summitatem virgæ, ubi venustas fulgurabat rose: & per rosam curæ designantur regiminis, ut compeſcantur ca- cutientis impulsus ambitionis: etenim dum adoratur dignitatis excellentia, expressa in rosarum pompa vana; adorantur spinæ pe- netrantes usque ad eorda. Corona ferè sic ex rosis, quæ commune emblemâ dignita- tis. Rosæ spinæ in capite gestantis non vi- dentur, sed à portante sentiuntur. Specio- sitas foliorum micat ad extrâ, acerbitas spi- narum pungit ad intrâ: & ita obæcatur am- bição, dum fulgorem cupitum videt in thro- no; ut invidet tamquam phantasiæ deli- cium, quo capita usque ad cranium lace- rantur.

5 In idolo Bel apparet sones huius- modi vanitatis, & ambitiosi pectoris insa- tuationis. *Iste est enim intrinsecus luteus, &*

foris facis aureus: dicit Daniel. Hæccine ima- go pulcherrima, sub qua latet appetitus penitudo; dum in amorem sceminarum, ac terreltrium divitiarum ducit affectio: igitur femina pulchra & in summum speciosas, quid nisi terra? Quid splendor divitiarum? Lutum splendendum, verum lutum. Hæc meditanter figurantur in idolo, quippe horum in mundo haud habetur nisi imago. Adorabatur utique, sed Daniel oblititè ad- orationi, vel medicamen exhibuit, ut animos adoratorum coëceteret. *Attulerunt cinerem & cribrauit per totum templum coram re- ge.* Coram rege facit, ne potestate intume- sceret. Cinis est spoliū hominis vitæ, mancipato corpore morti: & dum Bel, cum re- ge colitur, super templi patimentum per- pensè cinis spargitur; quippequam si cogi- tarent cinerem, haud ita impensè optarent adorationem.

6 Ergo instituto. Braçcis aereis te- stum idolum adorabatur, & in illo, quo- niam levigatum, etiam lutum. Quare ergo si idolum quod adorant, lutum sciunt; etis, vel auri picabilibus laminis vestium? Ut noſceat quid ambitio cupit, dum honores anxie querit; siquidem ni deaurarentur labo- res, minimè adorarentur dignitates. Avidè capè in folium voto posito deuncitur; & tunc quid appetiverant tanto labore, cog- noscunt: igitur quod foris fecis deauravit vanitas, intrinsecus est tormentorum acerbitas.

— O fallax bonum, *Quantum malorum fronte quam blandâ tegit!* Ait Oedipus apud Tragicum *AË. 1. v. 6.* Vi- dete quantum peccatorum, & crudimini qui iudicatis terram: etenim vel per ludibrium dignitate collata, vera sunt vulnera.

7 Inter tormenta que pro nobis per- talit Christus, haud minimum fuit coronatio. *Milites autem ducerunt eum in atrium prætorij, & convocant totam cohortem, & induunt eum purpurâ, & imponunt ei ple- ſtentes spineas coronam: & experunt sa- lutare eum, Ave Rex Indæarum: & percute- bant caput eius arundine, & conspuebant eum, & ponentes genua adorabant eum: & postquam illuserunt ei, induerunt eum ves- timentis suis, & educent illum, ut crucifi- gerent eum.* In quid igitur deprecandum nisi in crucem, dum in regiam licet: ludicram exornabatur dignitate? Non ornatur insa- lis dignitatis in solum, sed in signum. Illum adorabant, & illudebant; igitur aptè ludos, & gravis locus; dum introibant dolores, & acerbæ amaritudines sub specie adoratio- nis. Hæccine occupatio pessima, quam non

Daniel. 14. 6.

Pulchritudo rana. Estima- tio divi- tarum non ex pretio.

Verſ. 13

Confide- ratio cin- ris est ex- pulſis va- nitatis.

Ni deau- rantur afflic- tio ne mune- ra, nec ambitia ſuiteret.

Senecæ. Fallax bonum.

Marci. 15. 20. 16.

Et acerbis istis sub specie adorationis.

cognoſcit conditio humana ambitiosa: si- quidem homines non eligant Superiorem ut habeant, sed ut crebris molestijs crucifigant. Non ut in throno iuxta decreta laudent, sed usque ad fastidium usquequaque mortificent. Non ut adorent dignum, sed ut sit in quo deponant conditionis redium. Quid non illudentes faciunt, ubi adorantes illudunt? Hoc solum deçrat, quod specie blandimini, ingenio magis blandirentur cruciaminis.

8 Pertulit Christus, ut homines cogi- tarent quid esset thronus. Coronarunt spinis Dominum, indutum etiam cocinea chlamyde; sed caput coronatum percute- bant arundine. Erit obsequium huiusmodi subditorum studium? Velitur crudelitas obsequio, & quæ adoratior est percussio; ed ditor, quò cautior: igitur dum magis co- roman in capite firmare conantur, magis aculei coronæ in capite intromittuntur. Sub colore blandimini, totum ingenium late- bat crudelitatis: quippe eodem officio quo coronam in temporibus figebant, spinæ il- lius & cerebrum pertransibant. Est hic plau- sus subditorum, & Superioris fastigium? Si utrumque, sanè molestum. Non est homi- nem in Superiorem eligere, sed spere: et- enim commodius pollet recipere alapam, quam coronam.

— *Heu sortis acerbæ Et misera regale decus!*

Quæ pena maior, quam purpura, ubi nec sine dolo reverentia? Quæ in folio tuta, si fal- laciore obsequia?

Heu mendax Regum splendor! qui mille dolores Mille sub aurato murice damna tegit. Canit opportunè Solorzanus *Emb. 16.*

9 Accedamus igitur principali pro- posito. Coronam diximus comitari spinas, quippe stimulis nonnumquam constat au- thoritas dignitatis. Habet aliquid splendoris, & aliquid amaritudinis in cogitatione hominum, ut aliquantulâ compensatione subpottetur tormentum. In coronatione Christi totum poena, in ambitioſorum ap- eriantur lumina: etehim si, uti verè sunt, cogitarent dignitates; haud aliud invenirent præter sentes. In ludibrium vestitur Christus Dominus ornatu regio; & claret quid gra- vaminis in throno: igitur dignitas ficta, cæ- terum vulnera vera. Haud potuit exuris ho- noris vestibus, exui doloribus: quandoquidem spinæ, quæ remanserunt ex dignitate post exauctoramentum, persisterunt in capite & usque ad mortem. Nudatur vestibus regijs, sed non nudatur spinis. Usque ad mortem doluit: & spina dignitatis pupugit, vel dum ad horam habuit.

Tom. II. Tautol.

10 Perpende. *Induunt eum purpurâ, & imponant ei pleſtentes spineam coronam.* Post lubricam inaugurationem, manente spinarum coronâ, ablati vestibus regijs, *induerunt eum vestimentis suis.* Cur si de- tracta purpura, manet corona? Vel quare si corona spinosa retinetur, proprijs & non regijs vestimentis exponitur? Dicam brevi. In gloria dignitatis luminis insaturatione, in maiestate culminis cognitionis cæcitate, non sentiunt quoniam dulciter intrant, quò us- que stimuli acutè pleſtente penetrant: & dum habetur proprium indumentum, simul remanet corona spinarum; quippe dum pri- vatè vivunt extra dignitatis gloria, tunc de- mum sentiunt spinas. Ludicra exaltatio fuit. Qualis seria, si ita ludicra? Ex quacumque dignitate, semper remanent spinæ.

11 Cæterum inquires, unde spinæ, unde stimuli? Ex verme sanè conscientie, quæ post dignitatem positam, medio dolore ostendit insimam plagam, cogitatae ratio- ne, quomodo de alijs ratio reddenda, qui etiam angitur criminibus de anima prop- ria? *Cogites tamen Abbas (ait N. Glorio- sus Legislator ubi supr. cap. 65.) se de omni- bus iudicij suis Deo reddaturum rationem, ne fortè invidia, aut zeli flamma uras ani- mam suam.* Alexipharmacum exhibet, contra quæ affectio proponit. An rectè iusserit, an solummodo quod placuit, an rectè fuit invidia zeli flamma, & quod visum spes- cies sanctitatis, fuerit dumtaxat species, an calamum quassatum confregit, fumigans linum extinxerit; an infirmum solidaverit, an abiectum reduxerit, an quod perierat quæſiverit, an sanaverit ægroto, alligaverit contractum, confirmaverit occiduum, disruptum univertit, ac depravatam conver- terit: quid si filios fecit servos, & insolens, præsentium tantum curam in cultu ventris exercens, vicijfese tradidit pessimis, qua- si numquam rationem iudici superiori red- diturus? Cognoſcet proximus morti, quanti erit, curæ aliarum animarum incubuisse. Etiam spinæ post mortem manent in capite.

12 Disserit Dominus Aſſertor N. de Ierosolymitarum interitu, & ut alijs placeat, de extremo iudicio, & ait: *Ve prægnanti- bus & nutrientibus in illis diebus.* Quare igitur? *Quia ille uteri, hæ lactentium infan- tium osere gravata fugere non poterunt:* subdit Theophilactus hic in *Matth. 24.* Non placet cogitatio, quippe aptius fugere possunt prægnantes & nutrientes, quam claudi, in prævidi vel infirmi. Cur ergo *Ve* non dicit infirmitate laborantibus, sed dum- taxat prægnantibus & nutrientibus? Infirmi

Verſ. 17

Verſ. 10

In vita privata muneris flicij sentiuntur vulnera:

Ex quacumque dignitate semper remanent spinæ.

S. Bened

Scrupuli pungentes in exa mine rationis.

Gravanti etiam post mortem.

Marci. 13. 27.

Theoâ ph.

Unde in infirmitate Superiorum ruit.

¶

in.

incumbere possunt propria anima salutis: pręgnantes & nutrientes infantium animabus, & suis simul oportet vacare. Tribulatio erit magna, ut vix tui cuique poterit esse cura: & merito designantur infelices, & pręgnantes & nutrientes: eò quòd, ubi in effugium supplicij non satis torus conatus, tunc infert cura de duobus.

13 *Va pręgnantibus & nutrientibus.* Committitur ut sit, vel ut adolescat infans matri, & nutriti, sicut anima ut in virtute proficiant, commendantur Pręsidi: & in illas propter hos dirigitur iurę lamentum; ut discant quanti oneris esse animas subditorum: igitur si ratio difficilis de propria, qualis de propria & aliena: Salvari facilius potest, qui solus, quàm cui incumbit cura de animabus: etenim cogitare debet Pręsidis anima, ne peccat anima credita. *Quantum sub cura sua fratrum se habere scierit numerum* (infic cap. 2. Ductor Monachorum) *agnoscat pro certo, quia in die iudicij ipsarum omnium animarum redditurus est Domino rationem, sine dōbio addit & sue anime.* Nutrix, si ut fugiat, relinquit lactentem; peccat: haud fugere poterit, si infantem portat. Iudicium & supplicium instant. Nesciunt enim, quò se vertant; sed exponitur status perplexitatis, ut flamma compellerat ambitionis: siquidem quilibet curam habuerit animarum, haud tutò potest effugere Dei iudicium. Si omittit, perire credita potest: si portat, utriusque discrimen adest. O fallacem culminis gloriam! O diram falsi autoramnis penam! Utrumque incommodum in crudelem plagam: An illa peccat, vel an precat propter illam.

14 *Va pręgnantibus, & nutrientibus:* & additur, *in illis diebus.* Semper gravis pœna nutrientibus, & pręgnantibus; sed gravior illis diebus. Tunc iudicium instabit, & ratio reddenda premet, an in discussione stricti iudicis adquaret respondebit, vel causa cader. Non cogitabatur ita severa exactio, quia de acis haud erat propè discussio: & in diebus illis instante iudicio Dei, urgente conscientia sui, amplius prementur, qui-bus creditum animarum officium; quoniam satagent, quo pacto pro alijs possint obiecta evacuare, qui de se non possunt rationem reddere. *In diebus illis,* dum foris infirmitatis pugna, intus habitę potestatis timores. Tunc, quando appropinquat regnum Dei. Tunc, dum proximum est iudicium, patet cura animarum, quantum animę incommodam. Patet, dum urget exitus, quàm difficilis ratio de duobus; aucta sanè pœnã gravaminis, ubi exponenda de multis.

15 Denique. *Va pręgnantibus, & nutrientibus,* haudquaquam claudis, cæcis, invalidis, & infirmis. Iurę. Per pręgnantes & nutrientes designantur Superiores, quorum numeris est animas alere lacte doctrinę, quę quidem sepe quæsi infantes modò generi. Per laudos, cæcos, invalidos ac infirmos, demonstrantur varij civitatum affectus, quęis homines in lege claudicant, vel cæcitant, vel iacent, vel infirmantur: & non peccatoribus dicitur *Va*, sed Pręsidi-bus; quia facilius est, Dei iudicium effugere peccatorem, quàm exactissimum & integerrimum Pręsidentem. Ratio suppetat. *Sciat Abbas* (subdit D. Benedictus ubi dudum) *culpa Pastoris incumbere, quicquid in ovis Patrifamilias utilitatis minus poterit invenire.* Grave tribunal, ubi non solum disquiritur de utilitate, sed etiam de utilitate possibili. Peccator scit peccasse, & delet compunctione quod fecit, & dolet. Pręses nullus criminis conscius, non ideo iustificatus, quia vel incuria, vel zeli imprudentis flammã, contingit interdum labi mentes subditorum: & facilius convertitur peccator, quàm exactus Superior; quia ille cognoscit culpam, & hic licet habeat, nescit, de quo faciat penitentiam.

16 Male à demonio vexabatur filia Cananæ, quę Domino dixit. *Miserere mei Domine fili David. Mei?* Ad quid? Petar salutem, qui habet infirmitatem. Imploret sublevamen, qui patitur vexationem; uti factum narratur, *Luc. 16. 24. 17. 13. 18. 38. & 39.* Dicit Syrophenissa de filia, quod ille pater de gnato afflicto, *Matth. 17. 14. Domine, miserere filio meo.* Prudentius quàm patet in petitione salutis pro filia, sese gessit Cananæ: & implorat misericordiam pro se quasi male affectã, cum paterecetur à dæmone gnata; haud tantum quia Pręses de subditorum malis debet dolere quasi suis; sed quia forsã indulgentia genitricis, filia mancipabatur sub potestate dæmonis: igitur nimio peccatoris amore traduntur sæpè Satanæ. Pater dixit: *Miserere filio meo:* quasi causa cruciatus, non esset pater, sed filius. Cananæ, *Miserere mei,* ut voti composit fieret, & humilitate satisfaceret: siquidem precatur sibi misericordiam; quoniam filię pœnæ fortassis habebat culpam.

17 Observa verba penitentis David. *Amplius lava me ab iniquitate mea.* Amplius, quippe exemplo meo deliquit populus. Amplius, iuxta necessitatem animę peccatricis, aut iuxta qualitatem cognitionis: igitur de quò scio intimè penitens sed nescio, an crimen ultra quod scio. De peccatis sanè do-

Facilius est, Dei iudicium effugere peccatorem, quàm exactissimum & integerrimum Pręsidentem.

S. Bened. Discitur in illo tribu-nali etiam omnis de utilitate re possibili.

Matth. 15. 22.

Pręses dolent de malis subditorum.

An fiat mala propter illa. Matres sepe causę filiarũ ruing.

Psalm. 50. 4.

dolet: verum ignoro, an causa mea aliquis malitiosè deliquerit: Ponit, ceterum præ-tulerit opus, gratiæ donaveris amplius. Si ampliora sunt peccati avergia; amplius lava. *Lava me ab iniquitate mea.* A qua ergo, nisi à tua? Poterat esse, quoniam Pręses, aliena: igitur quomòdò fuerit onus regimini, sollicitanda est mundicia ab occultis & alienis.

18 *Paveo gebennam, paveo iudicis vul-tum* (ait Bernardus Serm. 16. in Cantic.) *ip-si quoque tremendam Angelis potestati-bus. Contremisco ab ira potentis, à facie fu-roris eius, à fragore ruentis mundi, à con-flagratione elementorum, à tempestate va-lida & à verbo aspero. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacryma-rum, ut preveniant flibus flentem?* O amar-n dignitatum dulcedinem! Sub ea curvan-tur qui portant orbem. Cruciabatur, ut pa-reret illa mulier, quasi anima Pręsidis, ruti-lissimis infulis. *Va pręgnantibus.* Tandem peperit filiam masculam, qui ad Dei evolavit thronum: nihilominus tamen, estò pe-perit ita validum infantem. *Mulier fugit in solitudinem.* Quare si fractus in ignis, Do-minicis dignus oculis, illa simul in tribunal non ascendit, imò in solitudinem fugit? Di-gnitatem summo splendore habuerat, & in illa, & per illam cruciatur ut pariat; quia quę subditorum ut ostentationem intendit ocu-lus, sunt Superiorum cruciatus, ut illos quos uti filios concipiunt, & nutriunt, mittant in cælum. Mittunt, sed anima considerans in causa ita gravi discussionem, ut agat peni-tentiam recedit in solitudinem, non audens cum habuisset curam animarum, & immineret iudicium, sine penitudine & lacrymis compunctionis, sisti ante tribunal iudicis.

Bernard

Præ-tulerit iræ fides flentibus flentem.

Apocal. 12. 6.

Que ut gloriam videt sub diu-ns, effertur in crucia-tur.

Maph.

Heu tristitia regni Munera, que aut parvo constant, heu grandia rerum Pondera, que nunquam placidam permittere quietem, Nec requiem conferre quunt?

DIDASCALIA III.

In nullo alio magis lubrica prudentia Pręsidis, quàm in designatione Successoris.

Plin.

1 *Cognovit vel Plinius in Trai. Pa-neg. alitrens: In principe enim qui electo successore, fata concessit, una itemque Tom. II. Taut.*

divinitatis fides est, bonus successor. Lapis profecto Lydius zeli veri, vel affectionis zelo fucata est huiusmodi articulus, in quo iurę angitur pectus: etenim semper presic vel audacis confidentiam, *Quem constitui?* Etiam recto intuitu difficultas: quid si actionem nititur dirigere pravitas; ut appareat veneranda zeli ornatu tetrica ambitio-nis, atque utilitatis affectio? Videor mihi in his videre, quod contigit Balsari videnti, sed non intelligenti litteras exaratas in pariete. *Cogitationes eius conturbabant eum:* igitur contemplantur rutilam dotium, atque litterarum apparentiam; sed nesciunt, an dignitati nocuum vel proficuum. Quid si sibi Geminatur tormentum in anxietate: & conturbat intimè cogitationes, an rectè agant, vel agant, de quo peniteant. Regulam describit Plin. ubi sup. *Ingenus gloria ingenique fama, quom ab inde expertus est, quom bene humeris tuis sederet imperium, tibi terras, te terris reliquit, eò ipso charus omnibus ac desiderandus, quod prospexerat, ne desideraretur.* O novum, atque inauditum à principatum iter! non te propria cupiditas, proprius metus, sed aliena utilitas, alienus timor principem fecit. Nulla adaptati cum eo qui adaptabat cognatio, nulla necessitudo, nisi quod uterque optatus erat, dignusque alter eligi, alter eligere. Non per totam civitatem circumferas oculos, & hunc tibi proximum, hunc coniunctissimum existimes, quem optimum? *Quem Dijs similem invenere?* Imperaturus omnibus, eligi debet ex omnibus. Superbum istud & regium, nisi ad optes eum, quod constat imperaturum fuisse, etiam si non adaptasset. Nec iudicium hominum, sed Deorum etiam in consilium assumpsit. Non unius Nervæ iudicium illud, illa electio fuit: nam qui ubique sunt homines, hoc idem votis expetebant, ille tantum iurę Principis occupavit, primusque fecit, quod omnes facturi erant: nec hercule tantoperè cunctis factum placeret, nisi placuisset antiquam fieret. Piget non facti esse auctoris aurea verba.

2 Sed contemplerur in Legislatore N. Benedicto, ut prudens constet electio; qui namque docens modum electionis in rebus dubijs, intendit tantum intruere proponen-tis intulitum cogitationis. *Quoties aliqua præcipua* (inquit Regul. Sancti. cap. 3.) *agenda sunt in Monasterio, convocet Abbas omnem Congregationem, & dicat ipse, unde agitur.* Perpende Unde. Non dicit *Quid agendum.* Non tam ex re negotium pendet, quàm ab intentione. Cardo sanè stat in Unde.

3 *Quibus cognoscatur electio prudenti, & constet Plin.*

4 *Et intentione sanè raro electio perit.*

Bonus successor ex antecessore re bene.

Daniel 5. 6.

Quom creperis electionis articulus

Quibus cognoscatur electio prudenti, & constet

Plin.

S. Bened.

Et intentione sanè raro electio perit.

Bognot.

Non cele-
tur sub
larvâ re-
ligionis
sicut par-
ticulari.

Qua vi-
detur re-
lla propo-
sitis solis
esse firmis
latis

In electio-
ne quan-
do agitur
unde agi-
tari

Quomo-
do eligi
dunt
S. Bened

Quam
sensibile
f. opprim
t. ita in
electio-
nem

Conventum quoties curanda negotia, Praeses Cogat, & exponat tunc ubi cardo rei est. Succinit Gabriel Bognotius hic. Nihil gravius, quam consilium de electione. Nil amplioris momenti, quam deliberatio de Praeside: & Patriarcha dicit, in quo agitur, quod dicatur Unde; quippequam frequenter consilium prudens vel imprudens electionis pendet ab intentione proponentis. Plerumque propositio suspiciosa, ni dicatur unde nata: igitur recto sine, vel propria utilitate, quae videtur electio, quoniam nescitur Unde, detegitur simulatio. Saepè non qui optimus agnoscitur, in solio sufficitur; quippe haud ab eligente quod iustum, sed quod commodum: explicatque in quo & de quo agitur Unde, sed non est inde. Interdum proponitur talis, ut eligens cum tali desideretur, & dum later utilitas, exular charitas. Aliquando, ut sepeliantur deliræ resolutiones, velamine gratitudinis: quandoque signantur exigua merita, ne maiora vel æqualia obices sint in munera altiora: igitur quæritur modus ut qui semel super fuit, semper per industriam stet. Saepenumero ut ubi cessat dignitas, dignitatis per inhabilem, aut docilem continuatur potestas, cogitante phantasia, qua arte possit esse longior gloria, hoc exposito, & usque ad sidera elato, quia post hunc ille, & post illum, designabit illum alium; & post alium, hunc & illum, catenatis laboribus & criminibus, siquidem omnibus imperatus non eligitur ex omnibus, sed dumtaxat ex suis (alia prætermittito quoniam tædet) ut nunquam regat, cui semel incubuit, perpero exitu, & merito supplicio; quippe in propositione aliud sequitur, & in consilio non exprimit unde agitur.

3 Iterat ergo documentum Ss. Patriarcha cap. 64. In Abbatis ordinatione (infic) illa semper consideretur ratio, ut hic constituantur, quem sibi omnis concursus Congregatio, secundum timorem Dei elegerit. Non convocatur Congregatio, ut proponenti placeat, sed ut eligat. Haud ut Praesidem eligat proponenti, sed sibi. Denique ut sibi eligat secundum Dei timorem, minime secundum depravatam voluntatem, in destructionem, & non in ædificationem, peculiari intuitu, quo frustrato (sape Dei consilio) ambitioni terram plodunt, suspendio pereunt, turbantur timore horribili, mirantur in subitatione, in cogitatione peccatorum suorum timidi veniunt, & traducunt illos ex adverso iniquitates ipsorum.

4 In Isaac designatur huiusmodi cæcitas. Dignus munere erat Iacob, sed ille ab-

ibat post Esau. Hic erat hispidus & moribus & ingenio; nihilominus tamen patris blandiebatur palato: & eligere in Successorem intendit, qui oblaturus quodcumque ex venatu tulerit; igitur ad munera munera, & merita meliora apophoreta, ut ascendat hispidus, horridus cunctis, in fastigium honoris, modo cogitetur Antipelargosis Unde amor oriebatur, eo quod de venationibus illius vesceretur. Iacob autem simplex erat, idest suavis, quietus, placidus, ut interpretatur Alapid. Lyra ex Chaldeo: *Frequentabat seholas.* Ecce merita. Iure inuritur cæcitas notâ, quam eligere conatur indignam, nec mereri benemeritum, fovens in dignitate venatorem, & abdicens litteris & virtute commendabilem. Cæcus est.

Proh Superi? quantum mortalia peiora cæca Noctis habent è ipso scelere molimine Terpes Creditur esse pius, laudæque à crimine sumit. Canit Ovidius lib. 6. *Metam.* Fabul. 7.

5 Ipsa cæco moderamina nocent: igitur adhuc Successorem destinare contendebat, quem Deus ipse reprobaverat. Hoc proposito lædabatur, verum cum æmulus eligere, *Expavit Isaac Supero vehementi, & ultra quam creâ potest.* Quid hoc? Non sufficit animo, quod electio commendatur à cælo, vel ut pectus habeat quietem, quod cælum fecerit electionem? De quo pavet? In alium Successorem intendit: & heret peccatori mæstiuo, eo quod è cælo dissipata cogitatur. Magnam utique designat intelligentiam per tetricam affectionem, cæcitatem; dum opus cælo, ut destruat Praesidis cogitationem: & pavet, & expavet Isaacus electione de Iacobo factâ, quippe cuncta cogitata hac electione subverta. Prudentia per oculum designatur à Pier. Valer. lib. 33. *Hieroglyph.* cap. 2. & de Isaac dicitur quod eius caligaverant oculi, & non poterat videre. Caligaverant oculi cæcitate, & videre non poterat affectione: igitur si affectio nonnumquam officit, & prudentiam præcipitem mittit; in nullo alio articulo magis lubricat prudentia Praesidis, quam in deliberatione Successoris. Claret consilium & regimen Praesidis in exercitio, ceterum magis in exitu: quippequam licet mira in moderamine astruant; exitus acta veritate probant.

6 Mittitur de cælis Apostolus Spiritus Sanctus (quem Successorem habuit Christus in Ecclesia, & uti Serm. 185. de Temp. dicit Augustinus: *Vicarium Redemptoris.*) & illico apparuerunt linguæ ignitæ, pro Successoris debita commendatione. *In linguâ totus orbis erat:* ait idem ibid. *Serm.* 186. Venit ut confirmaret in manibus Aposto-

Pessimis
m. i. i. d.
munera,
munera.

Genes.
26. 28.
Apud hos
pruden-
tia & li-
terarum
commen-
dationes
omni-
modo
fuitis.
Ovid.

Praesidis
croticis
in electio-
ne prater-
via.

Genes.
27. 13.

Expavco
frustrato
propositio

Quare?

Oculi in
dex pruden-
tiam.

Verf. 1.

August.

Act. 2.
Idem.

los, quos elegit Christus in cælos assumptus. Ecce opponitur in mundo sensa antecessoris, & successoris Praesidis, vel genio conditionis, vel ingenio novitatis. Dum nihilum immutat, iudicium ex suffragiis rutilat rectum: & prudentie electionis patet iudicium; quod Successor de cælo confirmat; quosque Antecessor elegerat. *De cælo meditato dixi,* quippe in mundo advertebat prudentie, Successorem circa conferendam quamlibet dignitatem, nullam habere nisi subscribendi actionem.

7 Uterius. Ubi non deveniatur propter dotes vel nullas, vel exiguas Successorem, splendor præstabilis sublimium potestatum; gloria quam elector electo conferat, in electionis auctore lucide electo magis quam splendore perfunctæ ad amul- sim dignitatis, præstat conatu elevandi in regimen alienas æstimabiles dotes: & dum Spiritus Sanctus descendit in mundum, mandus pro iubilo replentur laude linguarum; quoniam ius erat Successorem celebrare in dignitate, personam quamvis distinctam omnimodè æqualem Antecessori. Successorem Christus in Ecclesia Spiritum Sanctum habuit. Gratu'etur sibi mandus regendus, dum Successor de cælo descendit. *Factus est de cælo sonus tamquam adveniens Spiritus vehementis.* Claret eximie Successoris dotes: igitur ultra spem, & plusquam homo cogitare quit; ubi quem prudentie electione in dignitatem assumit, est thronus sublimior, non ascendit, sed descendit.

— Non se meruisse fatetur, Qui crevisse putat.

Ait Claudianus in *Consulat.* Manl. Theodor. v. 244. Superior utique ipsa dignitate fulget, siquidem ad illam ascendendo descendit.

8 Aliquid later in functione, dignum glorioso Praeside, ut dirigatur recto itinere in merita laudis, per suffragium electionis. Ingressus est in regimen Ecclesie Christus Dominus, cuius prudentiam expressit miraculis tempus. Non tam in possessione dignitatis strenuitas Praesidis agnoscebat, quam dum munere defungitur, quippe propudiosum est, ingredi cunctorum expectatione, & egredi imminuta auctoritate: moderamina suscipere plausibus, & deponere maioribus: quandoquidem non optime Praeser respondet, ni augurationis gaudio accedat depositionis mæstiuo. Finito curriculo (quippequam ascendere, unde venerat congruere corporalis; divino consilio, Successorem

Spiritum Sanctum mittit Collegio Apostolico, cuius adventus gaudio replerit orbem, à monte Sion usque ad Ecclesiam triumphantem; ut pateret quoddam diligeret Dominus portas Sion in lege nova, super omnia tabernacula Iacob in lege scripta. Quilibet viderit ita adventum Spiritus Sancti plaudere, orbem inusitata exultatione gaudere, ignem per aëra sine errore vagari, varijs linguis Apostolos loqui; arbitrabitur elogium à Christo moveri, & in Spiritum Sanctum dumtaxat dirigi, cum omnia convertantur in linguas, ut Christus plaudantur & dignitas & maiestas: etenim dum videtur Successor; plauditur Christus; quippe ubique gloriosus, in introitu scilicet dignitatis, in exercitio, & in exitu. Hispan. vividius: *Popule tan glorioso governando al entrar, como al salir.*

9 Ni tanti esset, haud diceret David filio pro summa felicitate: *Dominus custodiat introitum tuum, & exitum tuum.* Quid profuit in auguratione Salomonis *Vivat Rex?* Flocci fuit. Quid in cunctis prudentie & consilij auspiciis, si Successorem habuit stultitiam Gentium? Quod præclara gella, si ultimo nulla? Datur turpitudini, rem incipere acribus iniitijs, & finem habere decore incuriositatis.

Quod sine egregio turpi maculaverit orsus

In noxamque tuum verterit officium. Succinit Alcianus *Embl.* 140. Infeliciter cadet, qui definit infeliciter: igitur iure arguitur fatuitatis, qui bene incipiendo haud proficere valuit dimidium operis. Gloria desideratur Principis, ubi ignominia periculum: & optat David simul cum exitu introitum; quippe sine exitu, est in principio glorioso, electio non erit gloria, sed cunctorum illustrium ignominia.

10 Ut trahat Praesides huiusmodi gloria, ex electionis prudentia; ita regentis exprimitur à Scriptura. *Benedictus eris ingrediens & egrediens.* Idest, summe felix, ita ut cuncta cadant ad votum, & sedant animo ad placitum. Latet hic equivoca voce summa virtutum N. Patriarchæ Benedicti: igitur semper insignis Benedictus & ingrediens & egrediens. Benedictus ingrediens Roman, & magis ab urbe egrediens. Dum ingressus est Sublacum, & egressus Sublaco, ut illuminaret mundum. Ingressi in tentationem Veneris vallatus igne, & victor ac candidatus egrediens à tentatione. Ingressi in dignitatem Abbatis, & egrediens gloriosior quam ingressus. Ingressi in mundum, igitur sanctificatus ante ingressum, & egrediens à mundo despecto, quippe illi

Ubi di-
gnitate-
bus vi-
detur,
plauditur
suffragator.

Psal. 120. 30.

Infelix
Praeser,
qui desit
tur infeli-
citer.

Alcianus

Prudentia
eius claret in
exitu, nō in introi-
tu.

Deuteri 28. 6.

S. Benedi-
ctus in
cunctis
gloriosus

illi prius est ostensa beatitudo. Astruximus cuncta hic Tautolog. 3. a Didasc. 3. usque ad 12. Hec fit pia digressio, ut consulamus proposito.

11 *Benedictus eris ingrediens & egrediens.* Perpende. Vox ingeniosa in dignitate splendorem, dum exaltatur aliquis in dignitate: siquidem si auctoritas queritur muneris, regula est incoacta prudentia, ut illi in dignitate suffragia negent introitum, si non habet exitum. Ut sciat, quid agendum, quid praeferendum, quid signandum, quid loquendum. *Ut sciat sic* (ait Monachorum Dux & lux Regul. Sancti. cap. 64.) unde *proferat nova & vetera.* Insignibus sic instrumentis dotatus, expertus, habilis, sciens negotiorum exitus, & introitus, expeditus, industrius, cuius liberale ingenium etiam rumpere valeat compedes obicem, fessinare lentè, cui non novum quicquid novi: etenim si muneris insula ingerunt novitatem, simul latenter ingerunt infatuationem; unde allucinati vano concursu splendoris, non sunt nec sibi, nec alijs, cognita in dignitate indignitate; quoniam ignorant, quò possint egredi & ingredi. Vernaculè quasi adagio, vigilantissimè: *Ni sabei salir, ni entrar.* Perducentur ad palmam, tamquam a fini ad lyram.

12 *Observa modum Maiestatis Christi,* dum Petro tradidit claves potestatis, ac maiestatis Ecclesiae. *Tibi dabo claves regni caelorum* (Regnum caelorum vocat Ecclesiam, ut demonstrat viam ad gloriam, igitur nemo donabitur beatitudine extra idem Petri.) *Quodcumque ligaveris super terram erit ligatum & in caelis*, & *quodcumque solveris super terram, erit solutum & in caelis.* Non novum, quòd clavis sit emblema regiminis, ut videtur in Eliacim, *Isai.* 22. 22. Iano, Plutoni, & Amori pro insigni potestate imperij amplioris traditas fuisse claves, refert Vincentius Carthar. de *Imag. Deor.* fol. 29. 34. 188. Verum videtur novum tradi claves, ut solvat, vel liget Praefes. Divinum sanequàm documentum, ut ostendat Christus suum vicarium & imperij Successorem dignissimum: siquidem dum pro signo moderationis traduntur claves; prudentia regiminis notatur in officijs ligaminis & ab-solutionis: quippe non tam insigne posse absolvere, & ligare; quam ubi ligare oportebit, vel absolvere: cum perique ignorent attoniti pondere clavium, quid potestate ligent, vel quid solvant. Noltrates: *Ni atan, ni desatan.* Hac phrase Hispana, notatur vel fatuitas, vel amentia: igitur dum ex animo rectum velint proficere consilium, quia

hoc inexpecti carent, cuncta ignorantia pervertunt: Christusque Dominus destinans insignem successorem, eò quòd liget & solvat tradit potestatis clavem; ut videant subditi, qua dexteritate, iuxta regulas prudentiae, adhuc urgente perfectione, possint solvere & ligare, atque inter carenas expeditione mirae egredi & ingredi. Ergo principali Didascalie instituto.

13 Ex fine & principio constat operationum perfectio. Non sufficit plausibilis introitus, ni sit gloriosus Praefidis exitus; igitur non à principio, sed a fine mensuratur regiminis planus: diciturque felix in dignitate ingrediens, & sanctus munere egrediens; quippequam pro nihilo habetur, ni cum ampliore plausu, quam quo in officio ingreditur, egrediatur: igitur gloria haud stat in muneris introitu, sed in exitu.

14 Apostolos Dominus, relictis rebus terrenis, constituit Ecclesiae Principes, ac in gloria illis designavit sedes. *Cum sederit filius hominis in sede maiestatis suae, sedebitis & vos super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israël.* Quid igitur Aler-tor N. eis indicat huiusmodi phrase? Eorum arbitror, praedestinationem in gloriam praedixisse. Aptius videtur destinatio, quam praedestinatio, igitur dicit iudicem quemque sessurum in throno. Erit providentia in ordine ad media, ut obtineatur, aut persitae gratia: verum praedestinatio? Profectò, ut discant, quo pacto sessuri gloriosè in throno. Destinatio, & providentia spectant ad gratiam; praedestinatio respicit gloriam. Ille ordinantur in dispositionem mediatorum: *Praedestinatio vero respicit exitum*, inquit D. Thom. de *Verit.* quest. 6. art. 6. in corp. & Christus dumtaxat designat eorum praedestinationem ad gloriam in exitu media gratia; quoniam in exitu consistit futura gloria. Ingreddimini meritis, omnibus renunciando, & me sequendo. Non gloria in renunciatione, neque in sequi, sed in consequi; igitur fini cedit laurea gloriae: gratia finis super thronos sedebitis; verum optare neficis. Vos in libello supplicij meritorum intenditis in introitum, ego vero ut gloriosè sedeat, in introitum & exitum.

15 Idem de meritis, & praemijs refertur à Marco, ubi: *Nemo est, qui non accipiat centes tantum nunc in tempore hoc: & in saeculo futuro vitam aeternam.* Idem, gloriam. Sic, verum *Nunc: In tempore hoc.* Etiam, ut contemplantur qui Principes in superioribus muneribus, unde clareant: igitur cum praet responderint creditae dignitati, sit amplior vel in hoc tempore corona gloriae etiam

Et rap-tione ra-convenit tium.

Praefes erit gloriosus, si fuerit exitus.

Matth. 19. 28.

In exitu à dignitate gloria Praefidis D. Th.

Marc. 10. 30.

Ob electi meritis, eligentis gloria.

Negatur introitus modo electi non sit exitus.

S. Ben.

Sine expeditione Praefes indignus

Solummodo in Ecclesia Catholica aterna salus.

Matth. 26. 19.

Clavis signum potestatis.

Regiminis summa, in prudentia.

In resolutione negotiorum

etiam nunc habebant meritorum ac nominis claritudinem, si munere defungentes benemeritum elegerint successorem: quandoquidem si electi est à dignitate fulgor, eligentis planè est à Successore decor.

16 *Observa: Cum autem venerit spiritus veritatis (dicit discipulis veritatem: Ille me clarificabit, quia de meo accipiet.* Superior utique ordo: siquidem plerumque in mundo, magis largitori detrahit, qui plus accipit. Indignitatem probant, qui ita vel dignati murmurant. Semper indignus, qui ingratus. Verè & iurè Celsiodorus lib. 1. Epist. 13. *Dignitas dum ad incognitum venit donum est, dum ad expertum compensatio meritorum; quorum alter debitor iudicij, alter obnoxius favori.*

Celsiod.

17 *Ille me (scilicet Spiritus Sanctus, cum venerit) clarificabit. Ille & me?* E-con-versò videtur tritus ordo. Christus dignitate potius Spiritum Sanctum clarificat, dum Successorem suum discipulis in Ecclesia demonstrat: qua ergo lege si claritudo ex dignitatis honore, non qui dignitatem credit, sed qui accipit, clarificat poterit? Ut discant homines consulere honori, dum student Successorem eligere: siquidem quantivis superiore dignitate ornatur electus, & sublimior praeparatur thronus; dum in thronum suscitentur dotibus dignum, illi amplius clarificantur. Spiritum Sanctum Christus, ut vidimus ex Augustino, num. 6. in Ecclesia Successorem habuit. Successoris auctoritate tunc ostendit, & propria unà signavit: igitur clarificatio Praefidis vacuo munere, solummodo à Successore. Clarificant Superiorem zelus, consilium, prudentia & dotes, in destinatione benemerentium in honorem regiminis: & Christus dumtaxat pro claritate designat Successorem Spiritum Sanctum; quippe omnia desiderabilia cognoscuntur per electum.

Clarificatur elector per suffragium.

Et eius dotes cognoscuntur per electum.

Ovid.

Ubi sup

Quando in electio ne & veritas, & falsitas

ritas, sed non omnia; quippequam haud vel digno daretur potestas, ni in suffragio iusto etiam inveniretur utilitas: & cum venerit uti Successor Paraclitus, patebit verè Christi Antecessoris zelus; quoniam haud aliam in electione repositi utilitatem, praeter rectam electionem. Ecce Superioris veritas, & Successoris in dignitate estimabilis dignitas: etenim furgit, uti dedecus in Praefidem, *Ars fuit esse Patrem.*

Relia nisi lras electio recta

Manilo

DIDASCALIA IV.

Hac sola ratio Principis, Salus publica.

1 *Protulit in exemplum Praefidis, ac in sui blandimina Principis, Plinius in Panegyri. Traian. Aliter (inquit idem) persuadendum, illud iter Domitiani fuisse, non Principis. Tuum itaque, non tam pro tua gloria, quam pro utilitate communi.* Ubi magis elucet civi modis sanæ intentionis intuitus, est electionum articulus, de quo tamquam de honore at potestate fatagunt homines, ignorant studere argumento paenitudinis. *Ad hoc cupis pervenire, sed erras. Inter honores gaudium, idem, inter sollicitudines quæris? Ista quæ sic petis tamquam datura letitiam, ac voluptatem; causa dolorum sunt: ait Stoicus Epist. 59. Labor est, & sæpe dolor; igitur si pungit (quid si trahit?) caeca proterus affectio, villo quolibet, vel apparenter indigno, illicè digito monstratur, & clarè aut murmure dicitur: *Qua te adlegerunt nostris suffragia rostris: Qua tibi in orchestra fata dederè locum? Qua vota in nostrum te delegere Senatam?**

Plin.

Stadium Principij gloria communi.

Quod us gloria ab ambicione cogitur, semper est dolor.

Senec.

In dignitate stibulatur indignus. Petr. Co. Salius. Genel.

2 *Cæcus erat Isaac. Eius caligaverant oculi. Magis carebat cognitione quam lumine: & clarè quòd non poterat videre; igitur existentibus Iacobo benemerito, & fratre indigno; principatum annexum meritis, conferre conabatur merito ætatis. Hoccine principium calamitatum; & maius, quippe ignoratur principium. Non eligantur per ordinem (ait Doctor Doctorum Ss. Benedictus Regni. Sancti. cap. 21.) sed secundam vite meritum. Alias pro ætate protererentur insignia merita vitæ, quæ reliquatur meritis, & non annis, in quibus ordo temporis & non ordo, ut ritè Praefidis perficiatur electio. Eligantur (subdit cap. 64.) qui ordinandus est, etiam si ultimus fuerit in ordine Congregationis. Si dignus, est in ordine Congregationis ultimus; est planè primus;*

Qui maiores gratia te, non ideo digni. S. Bened. 27. 11.

Ordo tenet peris non est ordo.

Idem.

mus: at si primus, ordinandus. Ultimus erat in ordine temporum iacob, primogenitus autem Esau: & cum Isaac huic conferre intendit principatum, designat Moyses electorem eorum: quippequam lux mentis languet, dum eligit secundum ordinem temporis, & nullatenis secundum rationem ordinis. Serviet maior minori, quippe ultimus, primus erat meritorum dignitate. Celare cogitaverat pater iure ztatis, in indignum cecitatem affectionis, igitur habebat commodum, modo illi cederet Congregationis imperium: & qui ultimus in primum eligitur, & qui primus etate in subditum destinatur: siquidem Principi dignissimo in electione ratio sola, Salus publica.

3 Hic scopus totius prudentie vel in diuturno regimine. De pompa meritorum debet esse iudicium, ut perseveret cum splendore credito clarum imperium. Ubi nescitur, nisi meritis conferri munera, vigent in munera merita: nullaque datur excusatio, meritis semper eligere dignitatum splendori; quibus fas est, de cunctis optimos querere. Hec est enim salus publica: disporre scilicet recta intentione electionem, in publicam ac communem utilitatem. Modum intueni, & imitari.

4 De Successore in Ecclesia (excellente potestate, atque plenissima (cum discipulis dilexerit Christus, pacem illis relinquendo, & Spiritum, quem missurus, Successorem designando, ut dignissimum dignorum Praesidem, quippe necesse erat ascendere ad Patrem; & subdit: *Nunc dixi vobis priusquam fiat, ut cum factum fuerit credatis.* Designat tempus praesens, praeteritum & futurum. Praesens, *Nunc*: Praeteritum, *factum*: Futurum, *Priusquam*: & unumquodque expeditione, conamine, molimine peculiaris igitur exitus felices vel tempora gravant, ni quae sunt temporis, opportunè fiant. Momenta sanè, quae intentè prudens speculator resolutio, pendet plerumque vel à temporis momento.

Electio non fit perfunctoria. Ioan. 14. e 9. Omnia inspicere da & prospicere da.

Virgil. *Que sint, quae fuerint, quae mox ventura strabantur.* Canit vel Ethicus lib. 4. *Georgic. v. 393.* Iuxta tempora consulere debet Praeses propositio, ut conatus sit nobilis expeditio. Hispan. *Empelio, y desempelio.* Praeteritum tempus, ut intentionem ritè proponat: praesens, ut decernat futurum, ut astruat. Factum pro memoria: Nunc, pro ratione: Futurum, pro voluntate: igitur in electionibus, ne optima cogitationes praepediatur obicibus, & simul consulatur dignitatum splendori; ibi res hominis colloquenda potentia. Totus

nimirum homo in cunctis, ne pereat vel inflans temporis.

5 Alapide hic v. 23. in *sensu tropol.* cogitat apodoxin factam, seu convenientiam, inter Personas Sanctissimè Trinitatis, & potentias hominis, ut in electionibus struat consilium optimum, & proposita imprudentia non ducant suffragantes in praecipitium. Patri attribuitur, sicut homini tribuitur memoria, summa potentia. Filio sapientia, quippe Patris ratio. Spiritui Sancto, amor, quoniam necessaria & essentialis dilectio. Potestas, ratio & amor; quibus voluntate, intellectu, atque memoria respondet hominis constitutio. Unde quicquid hic recapitulatur, observari debet, ubi Successor in dignitate eligitur; quoniam ut constet electio operabili auctoritate, his attributis aptanda hominis potentia.

6 Clarus proman, & rationem ostendam. Potestas sine amore, gladius in manu furiosi: sine cognitione, munus arbitrio fortunae. Sapientia sine amore, vivit inflata: sine potestate iacet miserimè paralytica. Amor sine sapientia fatuus: sine potestate infirmus: & potentia hominis recoluntur, dum attributa divinarum Personarum pro electione memorantur; quoniam tunc aptatur amor & rationi potestas, ubi fuerit in distinctis Personis una voluntas. Ecce salus publica, ut connotet ratio potestatem, amor rationem, & potestas rationem, ac charitatem.

7 Observa modò verba caelestis magistri. *Nunc dixi vobis priusquam fiat, ut cum factum fuerit, credatis.* Dam indignum eligitur, etiam postquam est factum, minime creditur. De Successore Spiritu Sancto loquitur. Sit ergo: verum quid credendum? Ab illo mittendum illis Praesidem Spiritum Sanctum. Modò mittatur in Praesidem Spiritus Sanctus, quid quòd mittat Dei Filius: Claritas electionis, & zelus in Successorem proponens. Filius Dei est ratio Patris: qui non solam designat, quem in Praesidem Congregationis proponit, sed seipsum qui in dignitatem mittit: quippe tunc cognoscuntur dotes eligendi in dignitatem, dum ratio solummodo efformat propositionem.

8 Ut pateat zelus, *Nunc dico*, priusquam, quod faciendum, fiat. Nonne aptius, cum factum fuerit? Nequaquam. Sciendum est prius, quod fiet posterius; quippe tunc factum indicabit fidei, quòd ego fecerim; & factum illud credetis sanè in me factum: igitur cum exitus astruat animum nudum, vel affectus obnoxium; ex electi indotati, vel doctibus pleni assumptione.

Alapid. Hic incunbat totus bono.

In electioibus fit una prudentiaque voluntas.

Ubi sup

Optima electio, dum fit tantum à ratione propositio

Ex dignitate, vel indignitate meritoria electio, est animi plenitudo vel nudus affectio.

ne in dignitate, cognoscitur ratio qua impulsus elector in eius propositionem.

9 Deinde. *Nunc dixi vobis priusquam fiat.* Dicit factum, Verum *Nunc*? Nunc, priusquam veniat facti tempus; quippe tunc opportunum tempus, dum fuerit prius. Non est paradoxon, sed ex fiducia rectè intentionis saluberrimum consilium. Si affectus electionem dirigit, tunc votum in ipso tempore electionis tantum proponit: vel ut captrivetur inermis ratio inopinatio consilio; vel ut proterat lex potestatis privilegia intermerata rationis; quoniam cæcè voluntas inmittitur malo genio in singularia prescripta, læsà phantasia, & ad lubicum sententia, tenacitate iudicij sine iudicio, pervicaci proposito, vendens & ostentans pro signo libertatis in arbitrium aut votum, precluras brevioris temporis. Si prius proponerentur, vel notescerent Praesidis vota; ponderaret ratio, consona aut devia iudicia: igitur potè libertate, suffragium solummodo arderet rationi. Exponeret causam oppositi iure iudicij, quousque à Praeside satisfaceret obiectioni: & Christus priusquam electio fiat, quid faciendum ipsis subditis demonstrat; quoniam in electionis articulo, nec levis erit obiectione. Veraculè: *Dize antes lo mismo que se ha de bazer, porque no ay que reparar.*

Ioan. 15. 26. 27.

Modus optima electio nis.

Verf. 26 Athanas.

Nulla in terfit origenis memoria.

faceret: siquidem ut persona eligenda proposito sit optima; nulla debet interesse originis dependentia. Praeterea: à Patre procedit Successor: & etiam à Genito, tanquam ab uno principio, ut homines suffragantes imitentur libertatem, sequentes tantum rationem: igitur ut clareat eligentis gloria, & eligendi merita; subiectur origo, quasi inter utrumque non esset ulla connexio. Deinde. Ab utroque procedit, ab utroque matru essentiali dilectione originem habet: & non dicitur, quòd procedat à Filio, dam illum Successorem Apostolico designat collegio; quoniam iuxta Personam, quae per rationem proponitur in dignitatem Praesidis, cognoscitur si principium à quo procedit, est Patris. Pater dicitur qui procedit, ut delineet Successorem Praesidem; & tunc liquet, quid impellit in illius vel huius propositionem: etenim si consulti vobis utilitati publicae, illa electio sanè procedit à Patre.

Ne conuenio.

Sec patris amor, & sollicitudo.

Ibid.

Exulare debet affectio nis suspicio.

12 Uterius. *Ego mittam*, dicit: ab illo solum exprimitur missio, & tunc non exprimitur communis spiratio. Exulare debent in electionibus vel suspiciones affectuum; ne appareat electio minus digna, dum videntur officiosa affectionibus suffragia: & non exhibet rationem, quam habet ex processione personae distinctae; ubi illam ut Praesidem destinat merito dignitati: quippequam licet Successor à ratione, quae est Filius, ut à principio procedit; apparet hominibus suspiciofa, si ipse per se proferatur.

13 Caterò. Saepè & varijs sermonibus notitia datur de Spiritu Sancto à Servatore N. verum hic dumtaxat de processione sit mentio. Ioann. 14. 16. *Ego rogabo Patrem, & alium paraclitum dabit vobis, Spiritum veritatis*: de quo plura subdit. & v. 26. *Paraclitus autem Spiritus Sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia.* Nil Christus nisi Personas Trinitatis designat: modò *Spiritum veritatis qui à Patre procedit.* Cur ibi nihil de notionibus dicit; & modò dicit, quom Successorem Paraclitum proponit? Quoniam Successor in dignitate, & regimine Ecclesiae; ne propositio videatur subditis suspiciofa, aut subdole facta. Altissimum planè arcano, Successoris revelatur processio, ut constet subditorum concilio; quippe cum aliqui alicui destinatur dignitati, cum persona ostendendus etiam modus procedendi.

Scitum dicitur, quomodo dicitur procedit.

14 Rursus. Spiritum Sanctum, Successorem Redemptoris, ipse demonstrat, & praedicat *Spiritum veritatis.* Veritas tribuitur Filio: *Ego sum veritas*: ipso dicente. Cur igitur, si Spiritus veritatis, tantum dicitur, Tit quòd

Verf. 26

Ibid.

Et quid electio à ratione, & ministerio à potestate.

quod procedat à Patre? Spiritum veritatis, qui à Patre procedit. Quo ergo intuitu à Filio sumit nomen, scilicet, veritatem, & à Patre dumtaxat exprimit Redemptor processionem? Iuxta processionem, vel processionem expressionem, glorie disponuntur attributales: & omittitur attributum personae à qua dicitur procedere; ac personae stemma designatur, à qua procedere, licet procedat, non dicitur? Utiq; in documentum censuræ electionum, ut clarescat nude affectione suffragantium. Filio attribuitur ratio, Patri potestatis plenitudo: & in articulo, quo Spiritum Sanctum Successorem Filium designat; haud dat attributum Patris, à quo procedit, sed tantum suum, quum Successorem proponit: igitur ut auctorentur dignitates, & benemeritorum electiones; non tam debet attendi, an procedant à Praesidis potestate, quam quod verè procedant à ratione. Semper enim recte, quæ à potestate rationis, & nequaquam plenitudine absolute potestatis.

Verf. 16

Cap. 14. 23.

Per rationem fiat electio.

Si ingeritur potestas, dum taxat de commotatio.

Ut fundatur cum sagacitate ambicio.

15. Insuper. Hunc insignem Successorem à se missum iri, dicit Filius: *Mittam vobis*. Quidni Pater mittet? Mittet abs dubio. *Mittam vobis à Patre*. Cur itaque non dicit: *Mittemus*? Alii simul omnia: *Ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus*. Quare Christus in missione Spiritus Sancti non exprimit pluralitatem personarum; si demonstrat, dum per gratiam tota Trinitas sedet in cordibus hominum? Promam. Hic loquitur Christus in ordine ad charitatem. Ibi in ordine ad electionem, & Ecclesiae Praesidem. Hic loquitur de gratia: ibi de iustitia. Hic de subiecto dilectionis; vettura ibi de obiecto ac nitore iuris. In gratia uterque exprimitur: *Veniemus*. Filius & Pater: ratio & potestas: *Faciemus*. Cæterum dum Filius designat discipulis Successorem, dumtaxat connotat Patrem. *Mittam vobis à Patre*. Intendite in documentum, ne in electionibus potestatis dominium: siquidem licet esse debeat cum potestate ratio, ut consulat suffragia bono publico; dum à ratione dignitas, pro electione dumtaxat connotanda potestas.

16. Dixi consulto *Comnotanda potestas*; quoniam dum fit electio, semper in recto debet ingredi ratio. Seminantur sèpenumerò à filiis huius sæculi sularum loia, quibus incaute tamquam specie recti fascinat innocentia; ut nascantur per meditatam vafritiem, quod non possunt ambitiosi per meritum rationem: igitur iam inolevit ingredi pro vocis sagacitatem versutias, ubi in molimen vident deficere causas; quasi pro-

eligendi, estò indigni victoria, ius esset dolosum stratagemata, pessundatis doctibus, & valentibus viribus. Necesse est, ut armis valeat virgo intemerata lex, ut inter dytcolos stabiliatur pax: & dum à Christo exponitur suffragium, tamquam vorum rationis; designat in electione Successoris etiam potestatem Patris, necessariam in consilium connotatione, ut confringatur quassata malitia ambitionis vigiliis cæcæ: quippequam in suffragijs rationis proteret causam: si cogitaverit rationem non habere potentiam.

17. In celebri antilogia claret propositum, ut sequamur in electione consilium. Spiritum Sanctum Successorem *mittam vobis à Patre*: dicit Christus. In eodem Sermone post cænam dixerat: *Spiritus Sanctus, quem mittet Pater in nomine meo*. Cogitur intentè in arcanis auctoritatum meditata collocatio in diversitate vocum. Hic potestas in recto: *Mittet Pater*, cæterum ratio in obliquo: *In nomine meo*. Ibi ratio in recto: *Mittam vobis*, verum potentia de connotato (ita loquuntur Theologi) *Mittam à Patre*. Si uterque mittit, etenim ab utroque procedit; quorsum in periodis ratio modò connotat potestatem, potestas modò connotat rationem? Ut in electionibus conpescatur malitia cordium, laborantium zegritudine ambitionis affectum: connotante electricè ratione maiestatem potestatis; quoniam in suffragijs, potestas debet prævalere rationis. Attamen alibi potestas demonstratur in recto, ratioque firma in obliquo: igitur si ut vincatur, aut vincitur malitia, non fat potestas rationis; defendere debet rationem, ut prævaleat, auctoritas potestatis.

18. Fecundus est Textus. *Cum venerit Paraclitus, ille testimonium perhibebit de me*. Non sufficit, quod promat divina sapientia, & Patris aterni ratio; ut tamquam plausibilis Successoris celebretur electio? Sufficit, sed electionum exitus testificantur eligentium conatus, an intentum iuxta rationis consilium, vel iuxta prolubij aut malicie votum. *Nunc dixi vobis, priusquam fiat*. Nunc, sed post ille testimonium perhibebit de me: siquidem per plausum totius orbis, quo extolletur in throno dignitatis, cognoscetis, quenam mihi ascitit ratio, ut constitueret Praeses. *Ille testimonium perhibebit de me*. Etiam Vos. Illi? Utiq; *Et vos testimonium perhibebitis*. Ille de me. De me & etiam illo vos. De me, quia cum venerit cognoscetis per maiestatem, quid rationem impulit in promotionem. De illo, quoniam clarescunt in electionibus consilia prudente.

Ioann. 15. 26.

Cap. 14. 26.

Quando potestas electioni bus interit.

Cap. 15. 26.

Ex acceptione electi in apicem dignitatis, intantum cog noscitur eligentis.

Ibidem

Sciunt electores eligendæ

Act. 19. 2.

Electio Superioris residit scilicet.

Costantius

dentia, dum approbant plausibus electionem vel ipsi subditi.

19. Denique. *Nunc dixi vobis priusquam fiat*. Nonne dici poterit, cum Successor venerit? Sanè, sed pater poterat suspiciosus animus, modò futurum expectaretur tempus; quoniam pessimi subdole conantur tollere libertatem in suffragatoribus, privatis intuitibus, vel ob temporis præcisionem, vel animi timidi perplexitatem: igitur vel ignorantia vel malitia plerique vocabulum non cognoscunt eligendum. Etiam si in Praesidem proponantur Spiritus Sanctus, dicunt, quod Ephesini dixerunt: *Neque si Spiritus Sanctus est, audivimus*. Huiusmodi artibus utitur cautissimè ambitio; dum si bene consultit, & nequaquam benemerito. Econtrario detegit ratio sententiam, quoniam consilij recti haud veretur revelare iustitiam: Christusque Dominus fiducialiter ostendit animum, ante Successoris adventum; igitur propositio de caelis Successore, tot charismatibus, atque donis insigni, etiam si ibi ludas proditor adesse, nullatenus contradiceret. Hispan. *Proponiendo tan illustre Successor, aut la malicia de Judas no tiene que reparar*. Hæcine Praesidis gloria, Salus publica: hac eius illustratur thronus, exultat subditus, floret Respublica, vigent merita, extirpantur vitia, atque virtutes degunt secure vota. Haud magnætem imitetur Praeses, qui pretiosa relinquit; sed apem, quæ electis floribus in saniores tendit, ut alte medietur.

Fascia cui longum cingat odora caput. Cætera Didasc. seq.

DIDASCALIA V.

Præceptis voluntatis consilium.

Senec.

Præceptis offitio. Calsiodor.

Multa dædecet electum videre. Horat.

Astruit Seneca Epist. 92. Sequitur nonnumquam sola, quod placet, non quod licet, nec quod decet. Quid alienum ab errore, cæco duce? *Facile est* (ait Theodoricus apud Calsiodor. *Var. 4. Epistol. 3.*) *qualemque sibi deligere: multis autem electum videre decet*. Multos aptius dædecet: igitur gignit in electore tandem tandem iurè rædium, præceptis ac abruptum ex volutate consilium. *Stultus & improbus hic amor est, dignusque notari*.

Canit Horatius lib. 1. *Satyr. 3. v. 24.* Cæcus exponitur Isaac, intendens eligere Esau, & Tom. II. Taut.

reprobare Iacob. *Caligaverant oculi eius & videre non poterat*. Ad quid huiusmodi geminatio? Ut constaret, quam perpera filij maioris electio: igitur ita in eius amorem cæcè gravabatut affectione, ut non posset fascinatut cognoscere cæcum esse.

2. Observa. Contulit nesciens principatum Iacob, dotato instrumentis commendabilibus ac præclaris (Deus faciet, florenti dotibus, quod dignitas conferatur à nolentibus. Ambitio profectò supervacua, si vigent merita: unde de meritis pretiosum studium, longè à splendore dignitatum) & illicò ut à rivali, amulove collationem scivit, subito *Expavit*. Ecce ruina Praesulum: nescire cui conferunt beneficium; De quo expavit? De factò, etiam de seipso. De factò, quoniam mirabile, qua arte dignus non fraudatus munere. De seipso, quippe cognovit, quam cæcum votum, quam præceptis consilium, si non elegisset dignum ductus ratione, sed indignum tractus solummodò voluntate. Quam cæcè in electionibus procedet, qui sciens electos de electione pavet! Cæcitatit habebit excusationem? Quis excusabit in vigili cæcitatem? Isaacus ipse stum confitetur errorem. Quam longè à prudentia abesset, dum cognovit, ipse expavit.

3. Hæc est Salus publica, cui consuleri debet vigilanter prudentia? Electio signum est amoris, & per electionem subditi destinantur tormentis? Amoris pignore vulnus malus Praesul indiget, charitatis officio sanguinem fundit, & pacis instrumentum mortem irrogat, dum sibi pro se collationem muneris arrogat, & splendorem de dignitate derogat. Accinit floride Aloysius luglaris *Eleg. 40. & 72.*

Funes per amplexus intèrat, Morsus per oscula. Omnem supellestem charitatis In usum odij trahit. Hostilem animum tegit, in ijs In quibus detegi benevolus solet. Bellum præiudicium pacis indicit, Armis amoris abusus ad odia, Salutem, quam voce dederat, Manu destruit.

Detestabilis est enim omnis iniuria: sed malorum omnium probatur extremum, inde detrimenta suscipere, unde credebantur auxilia provenire. Exagerat enim culpam in contrarium versa crudelitas, & maius reatui pondus est, inopinata deceptio: inquit Calsiodorus lib. 4. *Var. Epist. 27.* Molestissimum quidem, dum expectatur pro levamine pater, quod in cruciatum egrediatut Lucifer.

Genes. 27. 1.

Magis cæcus, qui non esse, cognoscitur.

Ibid. v. 33.

Electio perpera, ubi expavit oculus qui fecit electione audita.

Quanta mala facit electio perperam eliget

Iugl.

Calsiod. Molestissimum reatum unde expectatur auxilium.